

Johann Nicolaus Quistorp

**Programma, Qvo Rector Universitatis Rostochiensis Johann. Nicol. Qvistorpius ... Ad Exeqvias, qvas Conjugi suae ... Annae Sophiae Peterseniae, Viduus Moestissimus, Dn. Joh. Senstius ... Hodie paratas cupit ... Universitatis hujus Cives ... invitat : [P.P. Sub Sigillo Universitatis die 15. Februarii Anno 1713.]**

Rostochi[i]: Wepplingius, [1713]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769840051>

Druck Freier  Zugang



Qvistorp, J. N.,  
in  
**A. S. Petersen,**  
uxor. J. Senstius.  
Rostock, 1713.

30.







93.

78

PROGRAMMA,

QVO

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

JOHANN. NICOL.

QVISTORPIUS,

THEOL. PROF. PUBL. ORD. AD DIV. NICOL. PAST.

REV. MINIST. PATR. SUPERINT.

AD

Execvitas, qvas CONJUGI suæ  
desideratissimæ

NOBILISSIMÆ AC PIENTISSIMÆ

ANNÆ SOPHIÆ

PETERSENÆ,

VIDUUS MOESTISSIMUS,

DN. JOH. SENSTIUS,

S.S THEOL. DOCT. FAMIGERATISSIMUS, AD DIV.

MARLÆ ARCHI DIAC. & S. COENOBII, PAST. VIGILANTISS.

*Hodie paratas cupit,*

*Omnes ch' singulas Illudorificatis hujus Civis atque in Omni Republica Fantores,  
ea qua fas est humanitate peramanter invitat.*

ROSTOCHI, Typis JOH. WEPPLINGI, SERENISS. PRINC.

& ACAD. TYPOG.



## Decessit ex hac vita

ipfa in *Academici Optimi, Purificationis illibata Virginis Mariae Matris secundum Carnem Salvatoris N. Jesu Christi, Nitidissima & pientissima Foemina ANNA SOPHIA PETERSENIA, Maxime Reverendi atque Amplissimi Domini JOHANNIS SENSTII, Archidiaconi Ma-*

*riani & Cenobii Pastoris dexterrimi, vigilantissimiqve, nec non Theol. Doct. longe Clarissimi, Collegæ nostri in officio Eccles. Coniunctissimi, & Fratris in Christo Colendissimi, Uxor exoptatissima. Decessit die quo subsequenti luce Venerandus ille Senior, & grandævus Simeon, Cui a DEO hæc erant facta promissa: Non Eum ante decessurum, quam Messiam promissum oculis corporeis cerneret. Proh! quanto moriendi desiderio afficiebatur, quum promissum Mundi Salvatorem videret, & ulnis complecteretur, Nunc dimittis, exclamat Servum tuum Domine, secundum Verbum tuum in pace. Promisisti mihi, O Pater Benignissime, O Clementissime Deus, ante me visurum Salutare tuum, quam rebus humanis exirem. Vidi, vidi, ulnis fovi, & gaudio videndo perfusus sum, maximo. Nunc igitur ut promisisti sine me ex hoc mundo immundo exire, Exsolve a jugo. Nun spannestu mich einmahl aus dem Joch / daran ich lange gnug gezogen habe. Δεωοτη. Possessor Mi cujus ego propria sum possessio. Permuta hanc, quam hætenus servivi servitutem. Libera & educ me ex carceris illius qui me detinuit squalore. Non me amplius luminis, quo usus sum, usura delectat. Aliud lumen vidi, lumen quod antea oculis fidei conspexi, jam vidi & oculis corporeis, cujus splendore æternum illustrari desidero. Mors mihi erit postmodum vivere, mori vita. Expectavi hætenus Pater benignissime, illum diem quo Filius tuus homo nasceretur, illuxit mihi dies illa. Sufficit indulta Clementia, nolo commorari in hac vita, ut doctorem aut diam, miracula edentem videam, obedientia & morte humanum genus liberantem cernam. Satis superque vivendi terminum mihi protraxi-*

protraxisti. Dimitte jam servum tuum; liceat mihi ad illa transire gaudia, quæ a Salutari tuo, Gentes illustrante lumine, gloria Israelis expectant fideles singuli. Eadem sunt Apostoli Pauli, dissolvi ac esse cum Christo cupientis, Davidis itidem, ad fontem illum vivum anhelantis vota. Ut enim avicula conclusa in cavea, quamvis pretiosa sit, ex Cedro, Ebore, vel Auro confecta, exire tamen cupit & præ desiderio egregiendi rostellum iterum atque iterum foras extra rete Caveæ emittit: Sic Anima pii hominis in fide divino amore incensa, inclusa tamen miseræ corporis Caveæ, & licet omnibus divitiis circumfluat, patriam tamen suam, hæc est Cælum ardentem appetit. Quare piis illuc evadi suspiriis ac desideriiis flebili gemitu sociatis diu noctique inflammatur, ut finito hujus vitæ exilio, in sempiterno illo Beatorum domicilio tandem requiescat. Latantur morte justæ, eam cupiunt & a vinculis hujus corporis egredientes, exultantes triumphant. Hæc etiam *Anna Sophia* nata *Petersenia* Costæ amatissimæ Admodum Reverend. DOMINI SENSTII, Fœminæ a pietate & dexteritate commendatissimæ, cui nunc iusta perfolvimus, fuere ex toto pectore vota, quorum compos jam facta, merito habemus de quo gratulari omnino possumus in DEO defunctæ, Cujus, qui fuerint natales, educatio, Conjugium, fata, virtutes multæ, non aliis, quam ipsius domus lugubris, Cui hanc vicem dolemus, verbis citra pompam eleganter tamen scriptis exhibemus. Multa habuit B., de quibus sibi potuerit gratulari, utpote quod bene nata, divinitus renata, & beate nunc denata sit. Posset ad prius referri locus natalis, qui est *Gustrovinum*, urbs tum temporis sedis curiæque Ducalis judiciorum, cum in Ecclesiasticis tum politicis illustre jubar, ac Ducis & Domini, ex pietate erga DEUM, verbi Ministros beneficentia suaque solidissima eruditione immortalem adepti gloriam, florentissima. Natale enim solum, si honestum bonæque famæ sit, non immerito inter felicitates mundi refertur. Major tamen hominis gloria est, si ab honestis ac Christianis parentibus sit natus, ac bene educatus, Quod ipsum in corporalibus Beatæ nostræ ducimus laudi, quod a parentibus admodum virtute conspicuis, quique omnes Rostochio nostro natales suos debent, prognata;



judicatuqve difficile sit, an nativitatem suam plus Rostochio nostro  
quam Güstrovio debeat. Parentem quippe amplexa est Virum præ-  
nobiliss ac Consultiss DN. MATTHIAM PETERSEN, J. U. Licent:  
& Cancellariæ Güstroviensis Secretarium primarium, atq; ad alia  
officia curialia, legationes ac Commissiones frequentissime  
adhibitum; Matrem vero exosculata est CATHARINAM Kraus-  
els / Matronam Nobilissimam omniqve virtutum genere splendi-  
dissimam. Ac cetero paternæ lineæ ipsi fuit ARNOLDUS Peter-  
sen / Civis hujus urbis primarius ac Mercator optimus. Avia e-  
jusdem lineæ fuit MARGARETHA Denten / Fœmina omni  
laude digna. Avum Maternum habuit JOHANNEM Krauel  
Civem hujus Urbis præstantissimum, ac Mercatorem felicissimum;  
Aviam vero Maternam venerata est WENDULAM Eggers /  
Fœminam prioribus virtutis laude minus inferiorem. Cœterum  
nec loci natalis, nec Familiæ celebritas a sordibus ex carnali na-  
tivitate originatis, omniqve homini natura cheu! in sitis liberam;  
immunemque fecit. Caro enim (Anno 1674. die 15. Jun.) de  
carne nata, in peccatis à primo generationis momento, cale-  
facta, ac in iis progenita. Unde piorum ejus Parentum prima  
cura fuit, ut filia recens nata Redemptori suo ac Medico Christo  
JESU ad ablundas sordes, vulneraqve congenita vulneribus cu-  
randa, offerretur. Factumque hoc ipsum postridie natalis, die  
17. Jun. A quo deinde Genitorum sollicitudo curaque in eo ver-  
sata, ut filia renata ad exercitium viriùm a Spiritu S. acceptarum,  
non ad vana seculi studia, quæ hodie plurimorum consuetudo est,  
sed ad ardorem colendi DEI infucatum omnesqve virtutes se-  
quiorem sexum denominantes, per probam educationem magis  
magisque accenderetur. Sed quæ hujus vitæ est instabilitas, ac  
vanitas, cum nondum vitæ suæ lustrum penitus esset demensa,  
Genitricis suæ Ao. 1679. die 4. Aprillis per mortem ablata; pro-  
vidas curas ac institutiones amisit, nondum olfaciens, quanta  
per abitum Matris suæ contraxerit mala. Qualem jacuram tamen  
Summi Numinis Providentia correxit, dummodo post biennium,  
aut quot mensium deest, Νέαν Αρχήν aut Novercam est nacta.  
B. Dn. D. HERMANNI SCHUCKMANNI Concionatoris Aulici  
Primarii, ac Confessoris Ducalis, nec non Superintendentis Güstrov.  
Theo-

Theologi celeberrimi & pietissimi Filiam, tertio genitā, AGNETAM SCHLICKMANNIAM, quæ germanæ Matris vices sedulo sustinuit, nec quicquam commisit materna *sv. yß* Indignum, Nostramque ab obitu B. Parentis A. 1655. die 4 Mart. facto, domui suæ nec curis maternis præripi passâ est, quæque nunc mortis ejus interfuit, solatiisque dum viveret, ac subsidiis refecit, luctum nunc solum ex hoc obitu contractum calidissimis testata lacrymis. Cum vero ætas virginalis nostræ laudem sibi sic comparasset eximiam, & a quovis judicaretur, esse eam domui fructosam, viroque acceptam futuram, exinde factum, ut Viduo tum & moestissimo Dn. D. JOHANNI SENSTIO, ad S. Mariæ Archidiacono tantæ innotescerent laudes, ipseque eo adduceretur, ut ejus amorem connubialem ambiret. In quo ipsa post invocationem Numinis Divini, suorumque suffragiis conspirantibus consensit, eique Ao. 1701. d. 22. Jun. christiano more, nupsit. In quo matrimonio se marito suo ita probavit, ut ejus nunc abitum ac obitum non possit non deslere, ejusque orbis ita fecit, ut omni jure Eandem infucatis prosequi lacrymis, pium ducant; Taceo, quod tota domus lugeat, quod illa nunc desideretur, quæ absente, occupatoque Patrefamilias sollicitudinem universam, non liberorum tantum, sed & totius Familiæ in se suscepit. Neque sterile ac infæcundum hocce matrimonium esse voluit DEUS, siquidem ex eo Viduus nunc luctuosissimus tribus liberis, matre sua orbat, Beatus fuit, quibus omnibus vitæ usuram Divinum Numen hucusque benignissime concessit. Ita enim ex sua conjugē filiam unicam, AGNESAM SOPHIAM, Filiosque binos GEORGIUM HEINRICUM & HERMANNUM PETRUM suscepit, qui Genitricis suæ præmaturum discessum, hujusque futura incommoda suspiriis tacitis deplorant, quæ pro sua gravitate, lacrymarum nube densissima descendenda forent. Absit autem, ut Beatam ab omni, quod humanum est, alienam fuisse ducamus, aut canonicamus, perfectionem vitæ absolutam tribuendo. Renata fuit, sed ad ineundum certamen: In luctu fuit Spiritus contra carnem, nondum Calicolarum more triumphans: Perfecta tamen fuit, sed non nisi perfectione, quæ Christiana dicitur, & inchoativa, non omnimoda; sed statui ac conditioni hujus vitæ

vita conveniens, qua ad typum sanctitatis plenioris actiones suas direxit, cursando ad metam perrexit, eiusque quod attingi non potuit, veniam a DEO petiit ac impetravit. B. Schomeri Specim. Theol. Moral. c. 2. §. 18, 19. Unde nec sine cruce filiationis divinae tessera, esse debuit, ad quam imprimis corporis viriumque imbecillitas pertinet, e duplicis ac infelicis partus incommodis orta. Ita enim partum medium summa quaedam agritudo invasit, quae vires corporis nimio opere debilitavit, metumque mortis incussit, opera tamen Excellentissimi ac Experientissimi Medici, D. D. Dethardingii, secundante Deo repressa, ac devicta. Sed vero huic partui triennio post analogicus quidem successit, quo vires naturales magis attritae, exusta, quin plurimum consumptae sunt, sed & huic malo Deus, opera ac studiis Excellentissimi ac Experientissimi D. D. Schaperi, Archiatri Ducalis, Cæt. Salv. Medicinam paravit. Tandem secuta est *Phthisis*, quae ex partu invalidam tumultu suo peperit, vinculum amoris dissolvit, orbem orbisque fecit. Sed audiamus Magni Schaperi, Medici ac Fautoris ad cineres colendissimi de hoc morbo, latum iudicium, quod tale est *Morbi B. n. initium, cuius exacerbatione tandem finit vitam, catarrhi ac defluxiones acres erant & frequentes, ut fieret haemoptoica, ab hoc malo initio optime liberabatur, cum autem circumstantia evenirent, qua recidivam haemoptysis aliquoties excitabant, fieri aliter non poterat, quam ut more haemoptysic solito eam exciperet Pulmonum exulceratio; Hac porro febrim lentam eamque erratio eam cum tussi & respiratione difficili inducens egram sensim atque sensim consumebat, ut e Pulmonum exulceratione Phthisi laboraret, cui ut ut omni studio atque negotio obviam iretur, & passim ab exquisitissimis ipsi datis remediis felices successus sequerentur, non tamen constantia erat, sed sub illa sanitatis inconstantia virium tamen lenta sed constans erat deperditio, ut hinc tandem emaciata cum signis Phthisis lethalibus mortem precedentibus, diarrhoeam volo & pedum intumescentiâ dolorosam, morti succumberet. Quantumlibet vero morbus hic usque adeo invaluerat, ut adstantes ac ministrantes dejiceret, ipsa tamen infracto animo, tam firmam in DEUM suum spem defixerat, fore ut qui toties eam e faucibus mortis eripuerat, possit velitque & nunc eam a morte*

im-

immunem reddere, ut etiam laudes DEO, superato hoc malo, dicaverit, summaque & admirabili prorsus patientia, acutissimos dolores sustinuerit, devicerit. Neque tamen ægre tulit, ut a Marito suo quotidie, morbo ingravescente, ad mortem præpararetur, & quomodo in mortis articulo omnes ex peccato oriundæ anxietates superandæ, neque bonis operibus ex merito quicquam dandum sit, instrueretur. Atque sic non abjecta spe gratiæ auxiliique Divini ad mortem se composuit; Indefessus precibus, ac imploratione Divini Nominis se totam DEO commisit, cumque vitæ instaret terminus, sub precibus ac piis acclamationibus a Summe Rever. Dao. D. WEIDNERO, Collega Mariano devotissime peractis (dummodo Confessor ejus, Rever. Dn. NIEHENCKIUS, senio ac calculo laborans advolare non poterat) inter brachia Redemptoris ac Intercessoris sui Jesu Christi placide ac beate expiravit die 1. Febr. a c. annos nata 37 hebdomades 19. ac tres dies. H. U. C. Ex superioribus fide sufficientissima confirmatis patet, quod P. D. patientia morbum & fide in Christum Salvatorem Salvifica mortem vicerit, ac Fœminam hanc gente & mente nobilem Jehovah, in cujus manibus sunt sortes nostræ, pro suo beneplacito ex hac militante ad triumphantem Ecclesiam transtulerit. Quid E. Marite mœstissime, aurea hac domus tuæ columna (his enim coloribus probam Conjugem sacræ literæ, ego tuam pingo) collapsa, non vehementer doleas? quid non lacrymis, quæ generosis mentibus, juxta piæ antiquitatis veri Verbium, frequentes, internum tuum dolorem contesteteris? Age tamen, quando lacrymis lamentisque nil proficitur, revoca Te, fac quod tuam æquitatem decet, luge sed nimis non luge, ut Ethnici, spe omni destituti. Mortem Conjux tua consequuta est, propter quam, si eum *Euripide* dicere licet) genita erat. Homini enim vita hæc non est, sed via ad vitam, quæ æterna est. Audi *Cyprianum* Carthaginensem Præfulem seculi III. illustrantem, capite truncatum, in persecutione Deciana, alium super morte Uxoris consolantem: *Cur impatienter, inquit ille, fers subductam, quam credis reversuram, profectio est, quam putas mortem esse. Optimum est pati, quod emendare non possis, & DEUM, quo auctore hoc evenit, sine murmure comitari. Non Tibi, in Christo Frater æstumatissime in medijs hisce ærumnis deesse potest Medicina*

dicina. Ipse enim es per D. G. Myfteriorum DEI Difpenfator fide-  
liffimus, inftitutus es confolandis afflictorum animis, Divini Spi-  
ritus donis, habes & in P. D. quod confolationi tuæ faciat. Cum  
de falute illius certitudine dubitare nequeas, nec invidere debe-  
as felicitati eius, quæ mature integraque ætate evocata eft abs Di-  
fpenfatore T. O. M. ad capiendâ præmia. Ad Uxorem tuam  
pertinere bene nofti, quæ præeunte B. Simeone olim docuifti ali-  
os. Dimifit Dominus fervam fuam, poftquam viderunt oculi  
ejus Salutare fuum. Obftreftam vinculis peccati & mortis, libera-  
vit Dominus, quis invidet? Peregrinantem revocavit Dominus  
ad Patriam, quis non gratuletur? Quis non cum B. Jobo respon-  
deat potius: *Dominus dedit, Dominus abftulit, fit nomen Domi-  
ni benedictum.* Liberis tuis licet tenera hac ætate incommodiffi-  
me Matris obitus accidat, nullum tamen dubium, quin fenfuri  
fint olim, illud JEHOVÆ promiffum: *Iuftorum Generationi  
benedicetur.*

Corporis cura, Cives Academiae Spectatiffimi Moe-  
fiffimo Marito relicta. Hic E. dum hodierno die  
Uxori fuæ defideratiffimæ jufta facere, & exuvias ejus-  
dem terræ gremio, Chriftiano ritu inferre decreverit; Vos  
omnes & fingulos oro & obteftor, ut, quod pietas ab unoquoque  
noftro flagitat, quod mortalitatis noftre conditio gratiffimum  
reddere debeat omnibus, quod Spectatiffimi & Maxime Rever.  
Vidui Verbi Divini Praconis vigilantiffimi merentur erga nos pa-  
ratiffima femper officia, id inquam ad hanc rem offerre non de-  
dignemini, fed hodie *hora prima in templo Div. Mariae* fagro & dicto,  
frequentes adefle velitis, mortem omnibus imminente hoc exem-  
plo factore reddatis familiarem & DEO T. O. M. Proteftori folum  
potentiffimo omnem Rempublicam noftroam, tranquillitatemque  
communem precibus ardentiffimis, quibus maximo quidem  
nunc opus efle calamitofiffimis hifce temporibus  
agnofcitis, commendetis.

P. P. Sub Sigillo Univerfitatis die 15. Februarii Anno 1713.
















...mi& pientissimi Filiam, tertio genitã, AGNETAM  
NIAM, quæ germanæ Matris vices sedulo sustinuit,  
ommissit materna <sup>sv: y</sup> Indignum, Nostramque ab  
A. 1657. die 4 Mart. factis, domui suæ nec curis  
passa est, quæque nunc mortis ejus interfuit, sola  
ret, ac subsidiis refecit, luctum nunc sumum ex  
tractum calidissimis <sup>ta</sup> lacrymis. Cum  
alis nostræ laudem <sup>parasset</sup> eximiam,  
aretur, esse eam d <sup>viroque</sup> ac  
, exinde factum <sup>actissimo</sup>  
NI SENSIO <sup>tan-</sup>  
laudes, ipse  
nbiret. In  
ve suffra  
christia  
prob  
e,  
uc  
ias lo  
totius Fa  
hocce matris  
is nunc luctuosissim  
it, quibus omnibus  
nignissime concessit  
m, AGNESAM SOPHIAM  
HEINRICUM & HERMANN  
nitricis suæ præmaturum discessum, <sup>que</sup> fu  
suspiriis tacitis deplorant, quæ pro sua gravi  
n nube densissima descendenda forent. Absit autem,  
ni, quod humanum est, alienam fuisse ducamus,  
s perfectionem vitæ absolutam tribuendo. Rena  
neundum certamen: In luctu fuit Spiritus con  
nondum Calicolarum more triumphans:  
uit, sed nonnisi perfectione, quæ Christiana dici  
va, non omnimoda; sed statui ac conditioni hujus  
vitæ

